

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fides siue fidelitas n  
cum fonte primo

Cito fides inexercitata languescit et crebris ociosa temptatur incommodis.  
Remissas excubias callidus insidiator irrumpit,  
assuetum autem bello uirum hesternam fraudem instruit et gloriose prouehit palmam uictoriae.  
Pax ergo fidei corruptelae materia est.

Ambrosius super Beati immaculati.

sciebat hoc sibi ad gloriam fructuosum, hoc ad custodiam salutis tutum,  
ut frequentibus exercitiis iusti pietas confirmaretur;  
cito enim fides inexercitata languescit et crebris otiosa temptatur incommodis.  
remissas excubias callidus insidiator irrumpit,  
adsuetum autem bello uirum externa fraudem instruit et ad gloriosae prouehit palmam uictoriae.  
Pax ergo fideli corruptelae materia est.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio Psalmi 118*, 11, 21, 5 (CSEL 62, M. Petschenig ed., p.247, ll.17-23).